



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Carpus Ep. 26. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

suis impendit, ut nonnemo è sepulchro parcer: eum sumptui operæque jusserit. Alteri ad mortem imparato vitæ triennium impetravit. Ne cura corporis à Deo avocaretur, mensam illi Dominicis diebus Angelus instruxit, cæteros impransus, & incœnatus egit. Hunc tamen tam vicinum calcare, ad nescio quos Pharaonis thesauros demon instituit. Sed ille Nilum calcare solitus, clavis foribus, quoquo libuisset, penetrare, videntique etiam ad Cælites reperit, violentus licet homo, atque uti olim ædibus ita ex quoque vim facturus; nisi sponte patuisset. *i. vit. PP.*

*Nemo diffidat, nemo veterum conscius peccatorum premia divina desperet: novit Dominus mutare intentiam, si tu noveris mutare delictum.* S.Aug.*pl.*

S. CARPUS EP. 26.Maii.

**N**on est cordi Deo rigida pietas, & justi misericordiæ oleo non temperata. Id Capvs te docebit, qui à Paulo Apostolo Christi Philosophiâ imbutus, hujus tam præclari & necessarii axiomatis aliquando visus est obliuisci. Conseruat Christianæ militiæ tironem, ad deserere crucis signa, à dæmonis cultore esse inductum quâ injuriâ ad Deum Opt. Max. pertinente, est exacerbatus, ut impia ex æquo capita Oculi devoverit, quod mediocri supplicio nullo vincari posse scelus manifestarium, & ultimæ perdiæ persuasum haberet: & verò gestiebat animo cum dehiscente sub utriusque pedibus terrâ, inferni ignis fumum ferri in ora, ipsosque stantes præcipitio similes ruituris aspiceret, impulsu etiam, si copia fuisset. Subinde etiam aperi

lum, spicu agere sanguinatio af rere, adeò re ad riens fuit. runt: & inc Chri

Pa Christ enim rhibere ritatis S.Ch

R domi ventu non j thala men suam ignes aspe form Secur excef

26 Maii. VITÆ SANCTORVM. 267

lum, & Servator generis humani offerre se conspicuum, hortarique CARPVM, si ita ei videretur, ageret miseros illos præcipites, pro quibus ipse sanguinem suum fudiisset. Sibi quidem tanto prelio assertos in libertatem, certum esse non descerere, & porrigerre manum velle perituris: quin adeò, si necesse foret, non detrectaturum redire ad initium miseriарum, quibus in Cruce moriens finem imposuisset. Plura dici necesse non fuit. Tam mellea verba CARPO bilem abstinerunt: & nimirum hodie quoque animorum æstus & inconsulta odia defervescerent, si in sanguine Christi intingerentur. Ex Dion. Areop. In Patric.

Par est, ut quisque nostrum non minus gratias agat Christo, quam si ob ipsum solum advenisset; neque enim recusaturus erat, vel ob unum solum tantam exhibere misericordiam; adeò singulos homines pari charitatis mensurâ diligit, quam diligit orbem universum. S. Chrys. in c. 2. ad Galat.

### S. RESTITUTA V. M. 27. Maii.

**R** Omæ nata RESTITUTA, denata Soræ nobiles natales nobilissimâ morte illustravit. Nubilis domi tamen clausa egit, & formam, quam passim juventus nobilis deperibat, velut ignem custodiit, non jam Vestæ, sed Christi virgo. Hujus illa unius thalamum suspirabat, & aliter etiam nuptæ non men refugiebat. Interea invidit Deo sponsam suam, ut solet, orcus, adfuitque minas spirans & ignes. At RESTITUTA nuper jam boni Angelî aspectu exhilarata, risit rivalem deformem, & tam formidandum monstrum in fugam puella egit. Secundum hæc, Christo auctore, ædibus paternis excessit virgo Soram abitura, nec tamen sine co-

M 2.

mite.